





tantes a decimo sexto anno supra usque ad septuagesimum, intra quindecim dies postquam juratum habuerit: exceptis fœvis: & qui per me jurare noluerint, intra tertiam diem imperatori, vel regi, vel suis nuntiis manifestabo per breve. Milleesimo centesimo octogesimo tertio, indictione prima. Ego juro omnibus civitatibus societatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romanæ, & locis, & domino Opizoni Marchioni Malaspina, & omnibus personis prædictæ societatis, concessionem & permissionem atque pacta, sicut in scripto pacis inter nuntios domini imperatoris, & rectores & nuntios civitatum societatis Lombardiæ facti continetur, firmas tenere: nec ero in consilio vel factio ubi aliquid prædictorum minuitur alicui de societate: & si qua persona, aut civitas, vel locus alicui civitati, vel loco, aut personæ prædictæ societatis, aut jam dicto Marchioni auferre vel deminuerit voluerit, eos vel eas manuteneat, & defendere bona fide sine fraude contra omnes adjuvabo: & omnia præcepta que rectores concorditer omnes, vel major pars mihi fecerint sine fraude observabo: & omnia supradicta, attendam a Kalendis Majis usque ad triginta annos: & in capite uniuscujusque quinquennii, scilicet si per majorem partem rectorum requisitus fuero, renovabo: & hoc totum sine fraude jurare omnes homines hæc civitatis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum faciam, & hæc omnia faciam jurare consules vel potestates meæ civitatis, & credentias<sup>1</sup> usque ad illum terminum, qui mihi constitutus fuerit per rectores Lombardiæ & Marchiæ, & Romanæ, in hoc eloquio.

DIE Lunæ undecimo Kalendas Januarii in Placentia, in ecclesia fan-

<sup>1</sup> Credentiam adversus juramentum revelans officialis, officio suo privandus est. ad de 2. feud. 7. <sup>2</sup> Tabellio si per scriptis quorundam testium nominibus, sequentes eadem modo testimonium dixisse per scriptis, non perit auctoritas ejus testimonii: quasi di-

cta Brigida, in præsentia Mirabelli, Gulielmi, Garonii notarii, ibique in eorum præsentia rectores Lombardiæ, Marchiæ, & Romanæ fecerunt prædictum sacramentum: nomina quorum sunt hæc: De Brixia Aldericus de Salla. De Verona Vozio judex. De Bononia Prendeparte potestas. De Padua Bazorus. De Novaria Rogerius Marcellinus potestas. De Tervio Oldericus de Montelio. De Mantua Gulielmus de Azo. De Placentia Bonizo judex. De Pergamo Albertus de Offa potestas. De plebe de Granatona Petrus Collis judex. De Faventia Gulielmus Bunnus potestas. De Mediolano Petrus vicecomes.

Hæc sunt nomina eorum qui juraverunt, ut superius legitur, ut dicti rectores juraverunt, eo excepto, quod non fuerunt districti facere jurare homines suæ civitatis. De Brixia, Desiderius judex, Martinus de Pontalupis, Pax Confalonarius. De Padua, Ganiphus Achalaone. De Verona, cancellarius Grefcenonum, & Vivianus advocatorum. De Tervio, Travius de Gualperto. De Pergamo, Lanfrancus. De Monacha, Oprandus judex, Joannes de Petengo. De Novaria, Fridericus de Bon. Michael Capra. De Mutina, Rolandus de Baimonte. De Garino, Bunalellus de Garbonensibus. De plebe de Granatoria Gregorius consul ita juravit, suus rector. De Faventia, Anteus judex: anno a nativitate Domini milleesimo centesimo octogesimo, indictione prima: & postea sequenti die Martis 12. Kalend. Januarii Armanus de Parma rector idem sacramentum fecit, ut pridem rectores: & Albertus de Theobaldo similiter.

F I N I S.



FRAGMENTA  
JURISPRUDENTIÆ  
ANTE-JUSTINIANEÆ,

QUÆ

LEGES XII. TABB.

EX VETERUM MONUMENTIS DECERPTAS,  
TITULOS EX CORPORE ULPIANI XXIX.  
JULII PAULI RECEPTARUM SENTEN-  
TIARUM AD FILIUM LIBROS V.  
CAJI INSTITUTIONUM DUOS LIBROS,

CUM NOTIS

DIONYS. GOTHOFREDI, JAC. CUJACII  
ALIORUMQUE JURISCONSULTORUM  
AD RECENTIORES EDITIONES REVISOS  
EMENDATE EXHIBENT.